Quelle: https://manuscripta.at/?ID=874
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

in tempore quando eos esse dicimus. Habent autem hec quoque passiones diuersitates.
Vbi quidem quod aliquotiens infinite dicitur. Alicubi enim esse dicimus aliquem
ut socrates. Aliquotiens autem diffinite ut in lycio vel achademia. Habent quoque
ut secundum ipsum locum unquemque aliquas ordinarietates. Sursum enim esse et deorsum
ut esse dicitur. Tempus quoque uarietates in eo predicamento quod est quando esse ma
nifestum est. Futura enim et presentia preteritaque in quando predicamento uenu
unt. Dicimus enim fuisse aliquando scipionem. nec esse orientis imperatorem
qui nunc anastasius appellatur. futurum autem esse aliquem. Que sicut secundum quando
Habere autem est quidem predicamentum esse dicitur.
quod extrinsecus uenens neque innatum ei a quo habetur aliud quoque quam est il
lud ipsum a quo habetur in se retinens ut armatum esse vel uestitum. Habe
mus enim et uestes atque arma. que cum eo nata non sint. neque ad aliquem cum eo quod
habet qualitate communia nata. propriaque uinguntur. Sed quam de his aristo
teles tacuit nobis quoque nec eque longior tempus omittendum est.
Quotiens solent opponi dicendum est.
Dicitur autem alterum alteri opponi quadruplicitur. Aut ut ad aliquid. aut
ut ordinaria. aut ut habitum priuatio. aut ut affirmatio et negatio.
Opponitur autem unum quodque uelut ut sit figuratum dicere ut relatiua ut
duplum dimidio. Vt ordinaria. ut bonum malo. Vt secundum priuationem
et habitum ut cecitas uisui. Vt affirmatio et negatio ut sedet non sedet.
Expeditis omnibus predicamentis cur preter propositum opus in hanc op
positoque disputationem sit ingressus a multis questum est. Sed andro
nicus hanc esse adiectionem aristotelis non putat. simulque illud arbi
tratur necesse ab eo fortasse hanc adiectionem de oppositis et de
hiis que simul sunt et de prius et de motu et de equiuocatione habendi esse
non facta quod hoc libellum antiquitus sepe fecerit quod hec ad illud opus non
necessaria esse putauit. sicut ipse categorie post ad scientiam topicorum
adiectione
Hanc quoque ignorans sicut sufficientem in topicis quantum ad argumenta
prinebat. de omnibus his que adiecta sunt et de predicamentis fuisse propo
situm. Sed hec andronicus. Porphyrius uero hanc adiectionem uacare et ca
rere ratione non putat. Cui hanc predidit causam. Vt enim multa quoque
communibus animi perceptionibus non sese suggereret. in huius libri
principio ab aristotele predicta sunt ut de equiuocis et denominati